

12. Die Autoritate

32. Id ergò fatetur Sleidanus. Tetrapolitanam Confessionem fuisse Calviniano fermento infectam: nostram verò, Lutheranam, & ab illa plurimum dissidentem.

33. Testis alterius vicem sustineat ipsa Confessionis subscriptio; quam Anno 30. quatuor illis civitatibus fuisse negatam, manifestum est.

34. Solæ enim duæ Republicæ, Norica & Reutlingenensis subscriptisse leguntur: Quibus ante Comitiorum finem accesserunt Campidonenses, Heilbrunnenses, VVinsheimij & VVeisseburgij Norici, Argentinenses verò & socij minimè.

35. Tertio: Smalcaldiæ anno statim 1531. Helvetij & quatuor illæ civitates in fædus recipi à protestatibus ordinibus flagitantes, prius voti non sunt facti compotes, quām dogma suum de cœna Domini in Comitijs propositum revocassent, & articulo 10. Confessionis nostræ sive Principum subscriptissent.

36. Qua de re sic rursus Sleidanus: Anno su, Sleid.lib. 8. periore Smalcaldiæ (non in ipsis Comitijs, uti Sacramentarij fingunt) convenerat inter protestantes, & cùm Argentinenses ac Sueviæ civitates aliquot, dogma suum de cœna Domini propositum in Comitijs Augustæ copiosius tunc declarassent, recepta fuit à Saxonis ipsorum interpreatio.

Quar.